

# Pierij Val. Taurus.

TE M P E R A N T I A.

D

**A**dmirabilem quandam in Tauro continentiam cùm animaduer-  
tissent Ägyptij Sacerdotes, temperantia præditum hominem,  
eb humanarum quippe rerum affectu non alienum, cæterum mo-  
destiæ seruantissimum, significare si vellent, Taurum naturæ ad-  
modum robustæ ac validæ faciebant: cuiusmodi speciem Philostratus Pas-  
phæ descriptissime mihi videtur; cùm ductorem illum gregis pugnacem, super-  
bum, exultantem, speciosum cornibus, colore niueo, lato gutture, ceruice cras-  
sa, palearibus latè longeq; pendantibus, armis ad aspetum inhorrescentibus  
effingit: qualem quippe faciem habemus in nimo quodam argéto, cuius in-  
scriptio est, M.L.T.H.O.R.I.V.S. Causam huius hieroglyphici eam Philosophi tra-  
dunt, quòd animal hoc sit calidissimum, atque inguine præcipue potens, ita  
vt uno tantum initu citra motum impletat efficacissimè. quòd si cōtingat vt ab  
naturali aberrarit loco, vaccam ea in quam occur sarit parte, qua præditus est  
inguinis firmitate, vulnerat, non fecus ac si telo eam acuto impetiasset. Usque  
adeò verò semen illi promptuarium est, vt exercitum taurum implesse tradat  
Aristoteles: atque hinc pleriq; veteres scriptores, viri pudenda Taurum appelle-  
lauere, vt muliebria βασανιον. Animal tamen hoc in libidinem usque adeo con-  
citatum & furens non sepius quām bis die inscendit, à conceptu vero ipsius  
vaccæ modestus castusq; nihil ulterius tentat. Huius rei causam in vacca mul-  
ti ponunt, quæ taurum propter rigorem genitalis nimiamq; tenuigine, veluti  
ceruæ etiam, neque non testudines faciunt, ratò patiatur. Vnde dixerit Horati-  
us de fugitiua pueria:

Nondum subacta ferre iugum valet

Aequare, nec tauri ruentis

Ceruice nondum munia comparis

In Venerem tolerare pondus.

Sed enim spectandum hoc exemplum continentiae habere causam in tauro, ma-  
nis festum est ex eo, quod sponte taurus a conceptu diuortio quasi facto se cu-  
bat, ac vt in Epiro maximè videre est, triū plerunq; mensu spatio non appetet  
sed errabundus, vt apud Virgilium est, Latus niueum molli fulitus hyacintho,  
Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas: & quod ait Aristoteles, ἀτημαγελεῖ, F  
quod non infeliceriter quidā abarmenatur dixerit, hoc est, seorsū à vaccaru con-  
sortio, grege conuictuq; pascitur. Quod dictum volui, vt unusquisq; sciret quo  
gestu taurus pingendus sit in continentia significatū. Ut verò ad verbū ἀτημα-  
γελεῖ, & ex historia proverbiū reuertamur, hæc eò spectant., vt impositum pe-  
tulantia modū, & probatissimā ex ea pictura continentia intelligamus: atq; ita  
forte accipiendū illud apud Theocritu, Λαγανὴ ταῦρος ἀνθρώπῳ, in syluā abscessit  
taurus, sed hæc tamē, qæ copiose & felicitè sunt ab eruditissimis plerisq; viris  
præfertim Erasmo Roterodamo, tractata, nos nō ulterius prosequemur. Neq;  
vero me latet in Epiro Pyrrhicas boues lusse mitæ magnitudinis, qæ quia  
Veneris expertes essent, & ostendere in tacta cœlestib[us] darentur, ἀτημαγελεῖ dicebatur  
sed hoc illis hominū cura, nō natura dabat. Eadem. neq; iūgebatur, ideoq;  
iuges dictæ q; intaminatae pugnacii simile ferrent. Mineruq; in pri-  
mis mactabantur, virginitatis, quæ pugna necesse, indicu. Ex iis autē satis mani-  
festū est, nos in libidinis téperatia dubitare, q; cul ab eo genere vinci, quod alio  
qui procacissimū, & in riuales pugnacii simū esse constat. Quare haudquaquam  
leui de causa cœlestis ille Taurus Veneri dedicatus: neq; Ven' temerè à sapi-  
tissimis Poetis aurea vocitata, qæ quidē syncerā, castā & purā generādi cupi-  
ditatem